

SEN BECIO facillimum erat, per septennium abstinuisse coena, donec instantibus ultimis, hic Vitembergae, more Lutherano, illa adhuc frueretur, ac ratione futuri, P. LY SERO optima quaevis promitteret. B. MAYERVS, in Antithes. *Theol. Orthodox.* p. 40. S. REV. LOESCHERI *Hist. motuum L. I.* p. 15. TENZEL. *Biblioib. curios. repos.* III, p. 649.

II.

Dantur vix hodie quaedam insigniora loca, ubi, si vel sub sedisse paulisper visum sit, quod afflixit Ecclesiam, malum, <sup>Amolitio cul-
pae misere</sup> non reperiantur, qui plures per annos coena minime utan- ^{pereuntium,} tur, mediisque gratiae (quod nobis dixerat in faciem) plane ^{sub auspicio} non opus fese habere amplius, glorientur. Ioviales quasi istae <sup>in primis no-
vi muneris.</sup> sunt animae, de Iove namque apud PLAVTVM legimus: It *incoenatus* cubitum. *Pseudol.* *Att.* III. *Sc.* II. *vers.* 57. p. 1001. Secus, quam Daphnus, Medicus, de coena sentire solebat, quod scilicet noctu coenare, quam interdiu, sit conducibilis, quia luna sit *σηπτική*, quare et parcus quondam prandebant, liberalius vero multo coenabant. Confer. CASAVBONI *Animadvers.* in *Athen. libr.* VII. c. I. p. 298. seq. L. XI. c. VIII. p. 504. Mire se praeparant homines alias feri, praerupta et silvas habitantes, cum in India, Missionariorum ope, ad Mysteria accedunt. Nudi alias incedentes, integumenta tamen sumunt, si ad sacram accedunt synaxin: Ex ANTONIO ZVCHELLI, *Büchersaal P.* XXIX p. 267. Ast nostri minor rem multo exhibent reverentiam. Novae quasi coenandi rationi imminent, quam illi saltim seculo optimus Servator reservavit: *Non bibiturus sum a nunc ex hoc genimine vitis* (non obstante apparente illa post resurrectionem comedione et bibitione, Act. X. 41. cum Luc. XXIV. 42. 43. Tob. XII. 19.) usque ad diem illam, quando (sublata terra, cibi potusque